Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ferc

ultra Patres comederunt vua acerba et dentes filiorum obstupuerunt
si unusquisq; i iniquitate sua moriatur Ecce dies venient dicit dnus
acerbam obstupescent dentes eius Ecce dies venient dicit dnus
et feriam domum israhel et domum iuda fedus nouum Non sicut pactum
qd pepigi cum patribus eorum i die qua apprehendi manum eorum ut edu
cerem eos de terra egipti pactum quod irritum fecerunt et ego dominatus sum
eorum dicit dnus. Si hoc erit pactum qd feriam cum domo israhel post
dies illos dicit dnus. dabo legem meam i visceribus eorum et i corde
eorum scribam eam. et ero eis i deum et ipsi erunt mihi i populum. et non
docebit ultra vir proximum et vir fratrem suum cognoscere dicens. Omnes
enim cognoscent me a minimo eorum usq; ad maiorem. ait dnus. quia
propitiabor iniquitati eorum et peccatorum eorum non recordabor amplius. Hec dicit
dnus. Qui dat solem i lumen diei ordine lune et stellarum in
lumine noctis Qui turbat mare et sonant fluctus eius dnus exercituum
nomen illi. Si defecerint leges iste coram me dicit dnus. et semen
israhel desinet Et non erit gens coram me cunctis diebus. Hec dicit dnus
Si mensurari poterunt celi sursum et inuestigari fundamenta terre deorsum
et ego abiciam universum semen israhel propter ea quod fecerit dicit dnus
Ecce edificabitur ciuitas dni a turre hananehel usq; ad portam
anguli et egredietur ultra normam mensure i conspectu eius super collem
gareb et circumibit gratha et omnis collis cadauerum et cineris
et uniuersam regionem mortis usq; ad torrentem cedron et usq; ad
angulum porte equorum orientalis Sanctum dni non euellet et
non destruet ultra i perpetuum. Seq; cap. xxxi. Sed

XXXII

Verbum quod factum est ad Jeremia a dno i anno decimo
Sedechie regis iuda i ipse est annus octauus decimus
Nabuchodonosor. Tunc expugnabant regis babilonis
obsidebat Jerusalem et Jeremias propheta erat clausus i atrio carceris
qui erat i domo regis Juda Clauserat eum ei Sedechias rex
iuda. dicens. Quare vaticinaris dicens. Hec dicit dnus Ecce ego
dabo ciuitatem istam i manu regis babilonis et capiet eam Et
Sedechias rex iuda non effugiet de manu chaldeorum sed tradet
i manu regis babilonis. et loquetur os eius ad os illius et oculi